

Handwritten text on the right edge of the page, including numbers and symbols, partially obscured by the binding.



DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

Continens

Selectas aliquot CONCLUSIONES
ex materia

RENVNCIA-
TIONUM

Quam

Sub Individuæ TRIADOS auspiciis.

*Decreto & auctoritate Magnifici, Amplif-
simiq; Iuris Consultorum Ordinis in Celeberrima
REIPUBLICÆ ARGENTINENSIS
Academia.*

Pro summis in UTROQUE JURE insignibus ac
privilegiis DOCTORALIBUS ritè & solenniter
consequendis.

Publica censura exponit

ZACHARIAS Lobbefe/
Tremoniâ - Westph.

Ad diem Martij.

* * *

ARGENTORATI,
Typis EBERHARDI WELPERI,
ANNO M. DC. XXXIV.

25 728.
XXVII

1634, 2.

DISSEPTATIO JURIDICA

IN AUCTORITATE

REVERENDISSIMO PATRI

REINOLDO

STATIONUM

PROFESSORI

IN IURISPRUDENTIA

ACADEMIAE

ALBERTINA

ERECTAE

IN HONOREM

ALBERTI

PRINCIPIS

ALBERTINI

ALBERTINI

ALBERTINI

ALBERTINI

ALBERTINI

ALBERTINI

ALBERTINI

ALBERTINI

ALBERTINI

ALBERTINI


ALBERTINI

ALBERTINI

ALBERTINI

ALBERTINI





P R O O E M I U M.



um Renunciationum materia in sinuosis juris Iustinianei voluminibus certam sedem sortita non sit, tam late tamen se diffundat, ut non modo in successioneibus & testamentis, verum etiam in contractibus & quam plurimis judiciarij processus actibus, usus ejus admodum frequens sit; annisus sum eam in unum colligere fasciculum, atque publice censura & disquisitioni subicere. Verum cum ejus tractatio ob argumenti amplitudinem nimium excreverit, neque mihi liceat esse tam prolixo; Ea propter aliquot saltem CONCLUSIONES excerpere, & placido incluta hujus Academia examini, cum bono DEO, submittere volui. Sit igitur

CONCLUSIO I.
DE RENUNCIATIONE FORI.

Jure Justiniano receptam & approbatam esse fori competentis renunciationem, satis liquet ex l. 1. ff. si quis in jus voc. non ier. l. 7. in pr. ff. qui satisd. cog. l. 1. & 2. ff. de judic. l. 31. l. 34. ff. ad Municipal. l. 51. C. de Episcop. & Cleric. l. pen. C. de pact. Sed cum ex variis atque diversis causis quis sortiatur forum, nec sit par eademque cujusvis fori consideratio; erit in istam renunciandi licentiam paulo altius & distinctius inquirendum.

§. I.

Est igitur forum aliud commune sive ordinarium, aliud speciale & privilegiatum. Illud contrahitur nativitate l. 7. C. de Incol. domi-



domicilio d. l. 7. l. 2. C. ubi & ap. quem in integr. rest. contractu l. 19. ff. de judic. delicto l. 1. C. ub. de crimin. ag. oport. re sita l. 3. C. ubi in rem act. exc. deb. aliisque ex causis, de quibus plenè & prolixè suis locis Interpretes. Hoc principali rescripto, & privilegio, vel huic æquivalenti consuetudine c. super quibusdam. 26. §. praterea & ibi gl. de verb. signif. l. hoc jure. 3. §. ductus aqua. ff. de aq. quotid. confer- tur. Illic renunciationi regulariter locum esse, cum manifesti ju- ris Civilis textus suprà ex parte relati, tum recepta eodem jure prorogandæ jurisdictionis facultas, de qua in l. 15. ff. de Jurisd. in l. 1. l. 3. C. eod. l. 1. l. 2. ff. de judic. satisdum commonstrant. Equidem ex opinione eorum, qui actionem realem præcisâ necessitate in loco rei sitæ instituendam esse contendunt, inter quos agmen ducit Donellus comment. jur. Civ. lib. 17. cap. 17. videbatur dicendum, fo- ro, quod res sita tribuit renunciari non posse. Verùm cum & ex- tus in l. ult. C. ubi in rem act. & communiora Ddrum vota talem ne- cessitatem non agnoscant, sed écontra electionem tribuant peti- tori, an in loco domicilij, an rei sitæ experiri malit Sichard. in d. l. 3. n. 2. nihil impedit quin etiam illius fori renunciationem ad- struamus. Hoc quidem agnosco, quod forum originis quod nativitas tribuit jure Civili honorum & munerum personalium intuitu sit immutabile l. 6. C. de incol. l. 22. §. 2. ad municip. l. 23. eod. atquè ob id renunciationis experts l. 1. l. fin. C. de municipib. & origin. Vultei ad l. 2. n. 18. C. de jurisd. Hilliger. ad Donell. l. 17. cap. 12. lit. m. in not. Sed quantum ab hoc jure hodiè sit recessum edocet inve- terata Germaniæ consuetudo, quâ non modò jurisdictioni origi- nariæ, sed & munerum personalium oneri se quis eximere po- test, præstito tamen ex more locorum jure, quod vocant, migra- tionis, auff Abstattung gebührenden Abzugs vnd Nachsteuer / veluti eâ de re fidem facit peritissimus consuetudinum Germanicarum observator Andr. Geil. 2. Obs. 36. n. 6. & seqq.

§. 2.

Forum privilegiatum sive speciale quod attinet; putat Geil. 1. obs. 40. n. 9. Interesse an quis eo favore superioris, vel merâ pri- vatâ consideratione gaudeat: ut hoc demum casu non etiam illo renunciationi sit locus. Sed ne tam leviter ista transiliamus, aga- mus de singulis sigillatim. Jure itaque Justinianæo præcipuè fo- rum

forum & judicem specialem habent 1. MILITES l. 1. C. de offic. magistr. mil. l. pen. C. de iurisd. l. 9. ff. de custod. reor. 2. STUDIOSI Auth. habita. C. ne fil. pro patr. 3. MISERABILES PERSONÆ l. un. C. quan. Imper. int. pupil. ILLIS & ISTIS regulariter integrum esse foro suo renunciare & ordinarij iudicis cognitioni se submittere, non dubito asserere per text. in l. pen. C. de pact. §. 10. prefat. ff. ad Tribon. Et licet quoad Studiosos non-pauci ex Interpp. dissentiant, atque Magistratui loci nullam in Academicos jurisdictionem tribuendam contendant; dictæ tamen Authentica & juris rationi id non satis convenire arbitror. Neque est ut quis contrarium Academicarum stylum, ut faciunt plerique ex dissentientibus, opponat; is enim moribus, consuetudini, statutis atque eorum qui Academiæ fundarunt ordinationi magis, quàm juri scripto innititur, ac proinde secundum locorum diversitatem aliud est atque aliud. Sic (ut vel unicum ejus rei exemplum dem) de Academia Coloniensi in audio, deq; Lugdunensi testatur Vultejus in l. un. n. 10. C. in quib. caus. milit. studioso Actori ibi fas esse alterius Magistratus subditum ad forum Academicum trahere, quàm autem hoc alienum sit à jure Civili, vel sola regula l. fin. C. ubi in rem act. exc. deb. coarguit. De privilegio fori, viduis, pupilis, aliisque personis miserabilibus ab Imperat. Constantino indulto, major existit controversia. Etenim cum sint duæ istius privilegii partes; altera ne ab Adversariis extra forum suum extrahantur; altera ut ipsæ adversarios ordinario foro extrahere possint text. in l. un. C. Quand. Imper. int. pup. Opinari videtur Bachov. posteriori quidem parti renunciari posse, priori non æquè in not. ad Treutl. vol. 1. Diss. 3. th. 10. lit. A. Alij qui in hisce terminis renunciationem bonis moribus, commiserationi, favori publico & prædictarum personarum utilitati contrariam judicant, neutri parti renunciari posse contendunt, inter quos Geil. 1. Obs. 1. n. 40. Treutl. vol. 1. Diss. 3. th. 10. lit. a. Hillig. ad Donell. lib. 17. c. 20. lit. f. & communis Ddrum Schola. Verùm cum hujus sententiæ patroni videantur æquò liberaliores in præsupponendo, nec desit quod ipsorum illationibus reponi possit; Ego utriusque partis renunciationem velitationis ergò defendere annitar. Nec est ut quis autoritate Geilij d. Obs. 1. n. 40. & Novellæ 86. cap. 1. & 2. putet,

hanc disputationem esse præposteram, istius enim privilegij u-
sum sublatum esse, vel prorsus exolevisse, non concesserim.

§. 3.

Jure Canonico Clerici cujuscunque sint gradus vel ordinis,
forum sortiuntur coram Judice Ecclesiastico *c. inolita. 11. quest. 1.*
sive negotium civile *cap. seculares. 2. x. de for. comp.* sive criminale
c. etsi Clerici. 4. x. de judic. c. Clerici 8. c. cum non 10. x. Eod. can. 17.
clericum 11. quest. 1. ventiletur, sive inter se *c. si quis. 1. x. de for. comp.*
sive cum Laicis, ut ajunt, contendat, *cap. quod Clerici 8. x. Eod.*
Neque licet ipsis judicis secularis tribunal agnoscere *c. qualiter.*
17. x. de judic. cap. 1. de for. compet. in 7. aut ejus jurisdictionem pro-
rogare *c. significasti 18. de for. comp.* multò minùs expressam fori sui
renunciationem pangere; hanc enim non solum prohibent Pon-
tifices, sed & de facto interpositam, etsi juramento vallata fuerit,
prorsus improbant *cap. si diligenti. 12. x. de for. comp.* & non modò
Clericum contra isthac quid præsumentem à causæ lucro, con-
ventu & communione excludunt *d. can. 42. inolita. 11. quest. 1.* sed
& judicem ab Ecclesia Dei tam diu jubent esse sequestratum, quo-
usque reatum temerario jurisdictionis suæ exercitio contra-
ctum, cognoscat & emendet, ut est text. in *cap. nullus. 2. x. de for.*
compet. Sanè hæc & similes Pontificum sanctiones, ex pertinaci
jurisdictionis suæ assertionem manantes, non solum hoc nostro
seculo, sed & anterioribus, gravissimos contradictores habuisse,
clari scriptores memorant: quales præsertim in Ecclesia Gallica-
na floruerunt: Ea certè juribus suis innixa Magistratus! secularis
authoritatem validè semper tutata est, atque adhuc hodiè in mul-
tis sedis Romanæ jurisdictionem enervat. *vid. Car. de Bret. de la*
souveraineté du Roy de France liu. 1. chap. 12. ubi inter cætera dicit,
quod *cap. quod Clerici x. de for. compet.* non observetur in Gallia.
Imò ipse Imper. Justinianus maximus licet jurisdictionis Eccle-
siasticæ patronus, fori tamen Ecclesiastici renunciationem publi-
cis rescriptis firmavit *l. pen. C. de pact. l. 51. C. de Episc. & Cler.* atque
Constitutionem Impp. Leonis & Anthemij, quâ Clerici judicibus
ordinariis, id est provinciarum rectoribus subjiciuntur, Codici suo
intulit *l. omnes 33. C. de Episc. & Cleric.* Quin imo! non semel Au-
gustissima sacri Imperij Camera Mandata sine Cl. inhibitoria &
casti-

731.
cassatoria decrevit, contra Officiales, nec non ipsos Sedis Romanæ Nuncios, qui in causis Civilibus se competentes pronuncia-
verant, veluti eâ de re aliquot præjudicia exhibet Rulant *in tract.*
de Commiss-part. 3. lib. 9. cap. 2. n. 1. & 2. Sed ego nolo altiùs ea hîc re-
petere: ago enim de subjecta materia ex Canonum decretis, at-
que ita ex jure certo & constituto quo indubitatum est, renun-
ciationem fori Ecclesiastici prorsus interdictam esse Clericis *text.*
in d. cap. 12. x. de for. compet. de sufficientia tamen rationum, quibus
in d. cap. prohibitio isthæc superstructa est, non parùm addubito.

§. 4.

Jure publico Imperij Romanô-Germanici, licet quidem sta-
tibus quâ Ecclesiasticis, quâ secularibus foro quod in vicem pri-
mæ instantiæ coram Austregis juxta *Ordin. Cam. part. 2. tit. 3. & 4.*
fortiuntur, renunciare Andr. Geil. *l. 1. obs. 1. n. 29.* Andr. Gylman-
tom. 6. cap. 3. §. 11. *in pr.* Eodem tamen jure Imperij Cives Reichs-
Abschiedt de Anno 1512. §. Wo aber hie wider pag. mihi 88. *in fin.* Po-
licey Ordnung zu Franckfurt de Anno 1577. tit. von wucherlichen
Contracten §. *fin.* Edictum Imp. Caroli V. sub dat. 3. Octob. Anno 1548.
Bruxellis latum, quique contra jurisdictionem Judicij Rotvvilen-
sis vel aliàs privilegio de non Evocando muniti sunt Geil. 1. *Obs.*
40. n. 2. *Compilat. vot. Cameral. Tom. 1. part. 2. tit. 11. vot. 6.* fori & pri-
vilegij sui renunciacionem frustra moliuntur. Sed nunquid Ci-
vitas municipalis vel aliàs persona mediate imperio subjecta pri-
mæ instantiæ renunciare, & Camera Imperiali per formam gua-
rentigiatæ, ut loquuntur, conventionis se subicere poterit? verb.
caus. *Auff den Fall der Mißzahlung soll dem Glaubiger frey stehen mit
Verbengehung meiner ordentlichen Obrigkeit vnd erster Instanz (de-
ren ich mich hiemit begeben) bey dem hochlöblichen Kayf. Cammerge-
richt vmb Mandatum executoriale gegen mich als einen Debito-
rem conyictum & condemnatum anzuhalten / vnd die schuldige Pa-
rition durch zulässige Mittel zu beförderen?* Id fieri posse colligo ex
Decisionibus dubiorum Cameralium compilatis per Andr. Gyl-
man. *Dub. 15. in f. ibi vigore pacti, &c.* & citatis præjudiciis clarè
affirmant Geil. 2. *de PP. c. 2. n. 25.* Myns. *cent. 1. obs. 88.* Quamvis ex
analogia & ratione juris nostri interesse putaverim: an negotium
quo de agitur tale sit, ut possit promptè, & ut ajunt, de plano ex-
pediri.

pediri, an verò prolixam & ob implicitam obscuri facti quæstionem plenariam causæ cognitionem desideret: Ita ut illo casu renunciationi deferre, hoc verò eâ insuper habitâ causam ad judicis inferioris tribunal remittere, æquius & jure convenientius videatur. Essent hîc quædam subnectenda de renunciatione fori feudalis, nec non fiscalis, sed brevitatis studium me ad alia properare jubet.

CONCLUSIO II.

DE RENUNCIAT. IVRAMENTI CALVMNIÆ.

Cùm nihil magis turbet concordiam Civium, quàm multitudo Litium; maximo sanè studio providendum iis, quibus jura sustinere datum est, ne facilè homines ad litigandum procedant *pr. Inst. de pœn. tem. litig.* Prudentissimi mortalium Romani admodùm de hoc fuère solliciti. Prætoribus injungebant, ut lites minuerent *l. quidam. 21. ff. de reb. cred. actorem metu infamiæ §. 2. l. de pœn. tem. litig.* nec non sponsonibus de perdenda decima petitiæ quantitatis parte *§. 1. Inst. d. t. à litigandi libidine deterrebant.* Justiniani Imper. studium & candor etiam hac in re emicuit, ceu patet ex *l. properandum. C. de judic. & ejus de juramento calumniæ sanctione l. 1. & 2. C. de juram. propter calumn.* quod et si quidam veteri etiam jure cognitum fuisse arguant ex *l. 5. §. qui opus 14. ff. de non. oper. nunc. l. 13. §. qui damni 3. & §. 13 ff. de damn. infect.* Judiciorum tamen subsellia à gloriosissimo Imperatore Justiniano id meritò recognoscunt. Hujus autem juramenti, quod non criminales, quamvis adhuc sub judice lis sit, sed civiles tantùm causas respicit, summa in eo est; ut litigatores jurent, se litem juris fiduciâ institutam sine fraude & fallacia tractaturos; *d. l. 1. & 2. C. de jur. calumn.* Inde cùm liqueat hoc juramentum non privatorum commodo, sed communi Reip. utilitate *l. 2. §. sed quia veremur. C. dict. tit. ad compescendam contentiosam litigantium instantiam l. 1. in fin. princ. C. Eod. ad dirimenda cohibendaque litium femina d. l. 2. §. sic enim 8. in fin. C. eod. & ad firmendam Judiciorum auctoritatem introductum esse; nemini mirum videri debet,*

bet, Justinianum ejus renunciationem, quâ expressam quâ tacitam inhibuisse *d.l. 2. §. sed quia veremur. C. dict. tit.* Hilliger. ad Donell. *lib. 24. cap. 3. lit. p. in not.* Ab hac autem Civili sanctione jus Canonicum ex parte recessit, Litigatoribus sine processus judicarij vitio tacitam renunciationem indulgens *cap. 1. vers. propter omissum & ibi gloss. in verb. tacite de juram. cal. in 6.* Geil. *1. Obs. 84. n. 2. & obs. 85. n. 2.* Et habet in hoc passu concordantem supremi Imperij Judicij, quod est Spiræ, observantiam *Ge l. d. Obs. 85. n. 2.* Rulant. *de Commiss. part. 1. lib. 2. cap. 14. n. 6.* ubi tamen hoc singulare est, quod non veniat præstandum, nisi vivâ voce à parte exactum fuerit *Recess. Deput. De An. 1600. §. Als auch vnserer /c. Denais in jur. Camer. tit. 166. §. 1.* hoc modo autem exactû incipit esse de processus substantia, itâ ut si eo non prestito in causa hinc inde fuerit conclusum, judex conclusionem ex officio rescindere, & parti præstandi necessitatem imponere & possit & debeat, Geil. *d. obs. 84. n. 6.* Schvvanm. *differ. jur. Civ. & Cameral. diff. 25. n. 4.* Sed quid habendum de consuetudine, quâ litigatoribus permittitur huic juramento expressè renunciare? Sanè cùm litigandi libido in hominum animis ad dissentiendum facilibus, tam altas radices egerit, ut vix inde evelli posse videatur, & sæpiùs, ut ait *Maranta*, de calumnia committenda quàm omittenda juretur, posset forsan ista consuetudo, utpote perjuriis materiem subrahens, approbari, *arg cap. 3. x. de cohabit. clericor.* Verùm cùm non videatur ex utilitate publicæ privataque rei, ut è medio tollatur juramentum, quod Justinianus maximum dirimendarum causarum remedium dixit *d.l. 2. §. 8. C. de jur. Cal. & per quod ab omni ætate non solum lites, sed & calumniatores minui judicatum est: Dicerem consuetudinem istam non modo improbandam, c. cæterum. x. de jur. calumn. c. series tui. x. de testib.* Sed & ne quâ pedem figat maxime cavendum esse *arg. cap. 2. in fin. d. juram. cal. in 6.* Neque hîc perjurij metus, quem litigantium gignit improbitas, objici debet: Nam hac ratione & alia juramenta tollenda essent: Imò videmus non solum cordatos, sed & improbos jurisjurandi devotione moveri, metu & præsumptione ultionis divinæ, præsertim si de ejus religione & perjurij periculo serid præmoneantur *textus eleg. in l. 2. C. ad L. Iul. repet.* Quod si quis tam cæcâ in litem cupidate

B

pidate

date ferri, atque religionis tam profligata esse putetur, ut juramentum contemptui habiturus sit, ejus perjurium cordatus judex prævertere poterit, ipsum scil. ad juramentum non admittendo, imò prævertere id debet, gravissimè enim peccat faciens jurare aliquem quem scit falsò juraturum *c. illo qui homini 22. q. 5.* Sed de his plus satis.

CONCLUSIO III.

DE RENUNCIAT. FERIARVM.

Feriarum aliæ sunt sacræ cultus divini gratiâ institutæ *l. 2. 6. 7. 8. & 9. C. de feriis.* aliæ profanæ. Et hæ iterum vel ordinariæ, ut dies qui annuatim æstivis fervoribus mitigandis & autumnii fructibus decerpendis destinantur *d. l. 6. C. Eod.* & ob id messes & vindemiæ dicuntur Cujac. *in parat. C. d. t.* quæ etsi à forensibus vacationem præbeant, minùs tamen propriè feriæ dici videntur, potiùs forsan tempora messium & vindemiarum *l. 1. l. 3. l. 4. ff. d. t.* Vel Extraordinariæ quæ ex variis causis diversisque temporibus inducuntur, nimirum ob nuptias, adventum, natalem vel inaugurationem Principis, vel ob res aliàs prosperè gestas, Welche die Obrigkeit auß sonderlicher Bewegnus zu feyren befohlen/ Siegs oder anderer Ursachen halber/ atque idèò appellantur repentinæ *l. 2. C. de dilat. Imperiales l. 3. C. de feriis & Extraordinariæ l. 26. §. si feria ff. Ex quib. caus. major.* Sacris feriis, quas & solennes appellare consuevimus, renunciare fas non est, & indignum homine Christiano judicatur iis renunciare velle: Istis enim diebus honori Dei, publicæ quieti & rerum sacrarum vacationi destinatis *cap. licet x. de feriis l. fin. C. Eod.* strepitus judicialis inhihetur *cap. fin. x. d. t.* lites & causæ quiescere *l. 2. C. d. t.* actus omnes cessare *l. 7. C. Eod.* & horrida præconis vox silescere *d. l. fin. C. Eod.* præcipitur Andr. Geil. *1. Obs. 53. n. 16.* Menoch. *1. de arbit. qq. quest. 30. n. 3.* nisi aliud aut suadeat pietas, aut injungat necessitas Jul. Pacius *Disp. 4. th. S. lit. B.* Eodem modo, quamvis non easdem ob causas, feriæ quoque repentinæ, quas Extraordinarias diximus, renunciationi eximuntur; nam & istis diebus à turbulentâ observatione prætorij vacare convenit Andr. Geil. *d. Obs. 53. n. 16.* Vant. *tr. de nullitat. ex def. jurid.*

Jurisd. n. 130. Rulant. de Commissar. part. 1. lib. 5. n. 13. vers. quamvis.
 Profanis autem ordinariis, occupationibus & utilitatibus priva-
 torum dicatis renunciari posse evidens est ex *cap. fin. in fin. x. de feriis,*
Wesenb. in parat. ff. Eod. n. 8. non modo expressè, sed & tacitè *arg.*
l. 1. §. 1. ibi presentibus & spontè litigantib. ff. Eod. P. Bufius ib. d. n. 3. Si
 enim Reus tempore feriarum sese iudicio stiterit, & causæ defen-
 sionem sine feriarum exceptione susceperit, illis renunciassè
 censebitur *arg. d. §. 1. quamvis certè cautiùs & tutiùs facturùs fit*
actor, si à Reo feriis expressè renunciari curet Bachov. ad Tr. vol. 1.
Disp. 5. th. 9. lit. E. Ità *Rulant. de Commissar. d. l. cap. 5. n. 13.* instruit
 & monet commissarium, ut si quæ die feriatà ipsi commissio exe-
 quenda, roget primùm partes an feriis renunciare velint. Ceter-
 um hic advertendum istud partium placitum quo feriarum se
 exuunt otio, iudici judicare vel agere nolenti nil quicquam præ-
 judicare, ipsum enim deteriori jure esse quàm litigatores fas non
 est *Hillig. ad Donell. lib. 24. cap. 7. lit. aa. in not.*

CONCLUSIO IV.

DE RENUNCIATIONE DILA- TIONVM.

Duplex potissimùm dilationum genus in jure nostro obviam
 est: Sunt enim aliæ Legales, aliæ judiciales. Illas lex, has ju-
 dex indulget; Juxta in illis ministerium, in his auctoritatem &
 arbitrium interponit: Illæ à Lege certa & præfinita spacia habent:
 sic litis contestationi, responsioni ad libellum, Appellationi, acto-
 rum editioni, appellationis introductioni, & executioni, &c. cer-
 ta sunt præstituta tempora ceu videre est *ex Nov. 53. cap. 3. No-*
vell. 23. cap. 1. l. 24. C. de appellat. l. 2. C. de usur. rei judic. &c. Sed
 de his in præsentiarum agere non est animus: Tum quod ferè
 omnia ista jure Canonico & moderno judiciorum stylo mutata
 sint, *cap. oblata § 7. vers. licet, x. de appellat. c. quo ad consultationem.*
15. vers. sed nec. x. de sentent. & re judic. & nunc fermè à judicis ar-
bitrio pendeant P. Buf. ad l. fin. ff. de fer. & dilat. Tum etiam quod
 termini isti propriè dilationes non sint; Cum enim dilatio, ex na-
 turâ

eurâ & usu vocis, nihil sit aliud, quàm temporis quo aliquid fieri debet, prorogatio, palàm est tempus quod ab initio ita statuitur ut ad statutum diem quid fiat, propriè non esse vocandam dilationem Jul. Pac. *Disp. ad Pandect. 4. th. 18.* De illa itaque dilatione quæ à iudice ex officio vel ad instantiam partium conceditur, ut pro instituti ratione quid certi statuamus, dico ei renunciari posse. Nam hâc ipsâ renunciatione lites amputantur, & respublica interesse suum quod in litibus maturè expediendis habet *l. fin. ff. pro suo l. 13. in pr. C. de judic. l. 12. C. d. contrab. stip.* tantò citius consequitur: Cùm aliàs dilaciones quàm maximè faciant ad protelanda judicialia jurgia *l. 1. in fin. C. de dilat. judicis* enim officium donec concessi temporis curricula defluerint conquiescere iubetur *in l. sive pars. 3. C. d. tit.* Expediit tamen quandoque in hanc renunciationem inquirere, quâ videlicet occasione, quoque animo fiat. Nam nonnunquam litigatores dilationibus etiam iteratò obtentis antequàm expirent renunciant, non animo lucrandi tempus, sed quod probationes ipsos deficiant, vel iis quas habent diffidant, quo casu cùm ad protelationem litis dilationem petiisse & ad eludendum sive frustrandum iudicium renunciasse deprehendantur, meritò puniendi sunt. Et tales tanquam litis protelatores indistinctè puniri debere sacri Imperij Camera fidelissima illa Justitiæ tutrix statuit teste Rutg. Ruland. *tr. de Commiss. lib. 2. c. 9. n. 6.* Sed cum dilaciones sint utrique parti communes Wesenb. *in par. ff. h. t. n. 9. in f.* ità ut tempus datum Reo v. c. ad impugnandum rescriptum, profit etiam Actori ad idem propugnandum *l. petenda 6. C. de tempor. in integr. restit. argum. l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* Joan. Sich. *in l. 2. n. 10. C. de dilat.* non insulsè quæritur num pars quæ impetravit dilationem, possit eidem in præjudicium alterius renunciare? Id negant Jason. Tiraquell. Bald. Kirchov. & alij allegati à Treut. *vol. 1. Disp. 5. th. 10. lit. c. & à Bach. ibid.* Verùm ego huic sententiæ non aliter subscribo, quàm si renunciare volens dilatione jam uti cœperit, nam antè & quando res adhuc est integra etiam invito adversario renunciare licebit *argum. d. l. petenda 6. C. de temp. in int. rest.*

CON.

CONCLUSIO V.

DE RENUNCIATIONE LITIS.

734.

Quam altè insanabile litigandi cacoëthes humanos invaserit animos, quantoque cum amicitia & mutua benevolentia exitio virus suum exerat; omnes agnoscunt, multi detestantur, pauci verò corrigunt & emendant. Debebant singuli suis locis de antidoto & remediis, deque ressecando mali fomite esse solliciti. MAGISTRATUS propter Rempublicam: utpote cuius interest lites & jurgia sopiri. *c. Abbate 5. vers. & licet. circ. fin. de sentent. & re judic.* imò prorsus suffocari & tolli *l. 3. §. 1. ff. de recept. arbitr.* Multitudo enim litium est ruina Rerumpublicarum. SUBDITI etiam & ipsi litigantes: Tum propter dispendium temporis & lubricum ac incertum executionis *l. 51. ff. de pecul.* quam mirum est quàm sæpè dilationes, provocationes, callida causidicorum diverticula, & nescio quæ non eludunt. Tum propter sumptuum onera, quæ si non ipsam egestatem pedissequam, at certè anceps sui tædium comitem habent *arg. Novell. 69. cap. 1. §. 1.* Tum deniq; propter sanctissima naturæ decreta, quæ cum inter omnes homines cognationis affectum *l. 3. ff. de iust. & jur. mutuanque officiorum vicem poscant l. 7. ff. de serv. export.* non possunt non per exagitationes & rancores judiciales mirè offendi. Quapropter Ulpiani iudicio laudanda est verecunda cogitatio eorum qui lites execrantur *l. item si 4. §. 1. ff. de alienat. jud. mut. caus. fact.* nec non eorum qui mediante renunciatione à lite modestè recedunt *l. 1. §. inde 10. ff. de oper. nov. nunc. l. 10. ff. de judic.* Hoc autem an & quatenus fieri possit, ut pro instituti ratione breviter expediamus, dico: quod olim jure Romano antequàm causa coram iudice pedaneo disceptari cœperit, actor liti, id est actioni *l. 36. ff. de verb. signif.* apud Prætorem editæ, invito etiam Reo renunciare, & aliam apud prætorem dictare potuerit *arg. l. 3. C. de edend.* Et licet vetus ille iudicis dandi & procedendi mos exoleverit, neq; Magistratus formulam, ut olim, præscribere soleat; res tamen & ratio ipsa argumento sunt, idem & hodiè actori licere: præstat enim jure suo meliùs cognito actioni in tempore renunciare, quàm erroneâ velitatione iudicium postea elusorium reddere

l. 75. ff. de judic. Atque hæc nihil dubij habere videntur lite nec-
dum contestatâ. Eâ autem contestatâ quid tenendum? Renun-
ciant aut est animus actioni, cui renunciat, novam substituere;
aut renunciando à se simpliciter desistere: Priori casu etiam in-
vito reo renunciare potest arg. §. si quis. 35. Inst. de Action. & ex rat-
iam positâ, modò huic sumptus & impensas litis, si petantur, re-
fundat l. 79. ff. de judic. arg. l. 38. ff. de rei vind. neque enim consilium
mutare licet in alterius injuriam l. 75. ff. de Reg. jur. Posteriori casu
potest quidem etiam renunciatio interponi, sed ejus efficacia ex
Rei assensu vel dissensu æstimanda est. Is itaque si renunciatio
assentiatur valida ea est d. l. 1. §. 10. ff. de oper. nov. nunc. d. l. 10. ff. de ju-
dic. l. 21. ff. de minorib. atque actionem cui renunciatum est consu-
mit, aut certè exceptionem litis finitæ parit Sichard. in l. 4. n. 12. C.
de pact. per quam Actor à nova liti instauratione arceatur d. l. 4.
C. de pact. Leges namque remittuntur jura & actiones suas re-
gressum non dant l. 14. §. 9. ff. de adilit. Edict. l. 2. ff. de Turpill. at-
que publicè privatimque interest, lites transactione & pacto se-
mel sopitas non resuscitari, l. 1. C. de fid. instrum. Quòd si Reus in
renunciationem consentire nolit (quod ob jus litis contestatione
& ità quasi contractu l. 3. §. idem. ff. de pecul. quaesitum facere po-
test) non solum inefficax & inutilis est renunciatio, sed & potest
Reus, si velit, litem proseguere, ad sententiam definitivam usque
procedere, arg. l. 74. ff. de judic. l. 9. C. Eod. & Actori objicere tritum
illud judiciorum: Viam quam ingressus es ambulâ, inquam, si
pertinaciter ab eâ deflectat, solitis contumaciæ remediis redigi
poterit. Plura adderem, imprimis de cautela quam pragma ici
suggerunt, ut scil. quis actioni & instantiæ renunciet salvo jure
causæ. Sed vocor ad alia.

CONCLUSIO VI.

RENUNC. EXCEPTIONIS NON NUME- RATÆ PECUNIÆ.

EXceptio hæc competit tam Creditori, qui datâ apochâ (vulgò
Quietantz.) confessus est sibi factam esse solutionem, quæ ta-
men in effectu ei facta non est l. 14. §. super ceteris 2. C. de non num.
pec.

pec. quàm Debitori, qui spe numerationis secururæ confessus est
 chirographo se mutuo accepisse pecuniam, quam tamen in rei
 veritate non accepit *d. l. 14. in pr. d. tit. t. t. Inst. de liter. oblig.* hoc ta-
 men cum discrimine, ut illi tantum intra 30. dierum *d. §. super ce-
 teris. d. tit.* huic intra biennij metam *d. tit. Inst. d. lit. oblig.* Illi per
 modum replicationis, huic per modum Exceptionis, ejus usur-
 pandæ & opponendæ jus sit. De hâc utpote frequentiore & pœ-
 nê in omnibus obligationum instrumentis sive Studio sive stylo
 Notariorum occurrente laxior nobis sermo erit. Itaque non du-
 bito æquitati & legibus satis convenire, omnem debitorem, cui
 reverà numeratio facta est, Exceptioni non-numeratae pecuniæ
 renunciare & posse & teneri: non tam quod propria numeratio-
 nis confessio, & veritas rei bonâ fide gesta, id exigere videantur,
 quàm quod Creditori invidendum non sit, quod se hâc ratione
 contra debitorem munire & probandæ numerationis onus, quo
 oppositâ hac Exceptione gravaretur *l. ex cautione. 3. C. de non num.
 pec. l. ad severatio. 10. C. Eod.* maturè avertere voluerit. Major autem
 scrupulus subest in casu contrario, quem principaliter tracta-
 mus, an scil. deb. tor, cui numeratio facta non est, possit spe sal-
 tem futuræ numerationis exceptioni huic efficaciter, & in sui
 præjudicium renunciare? Sanè id communiter negatur: Tùm
 quod debitor pecuniæ aviditate possit eam facilitate, quâ dat
 chirographum, ad renunciandum induci Rittersh. *ad tit. Inst. de
 lit. oblig.* Tùm etiam quod non liceat dolum futurum remittere
*l. 27. §. 4. ff. de pact. aut callido creditori viam securiùs fallendi ster-
 nere l. in fundo 38. ff. de rei vind. l. verum. 63. §. hoc quoque 7. ib. dolum
 revelare. ff. pro socio.* Tùm denique quod hâc ratione debitori pe-
 cunia quam non accepit auferri possit, pessimo sanè & in Repu-
 blica minimè ferendo exemplo. *Idres in l. 3. C. de non num. pec.
 & ad tit. Inst. de lit. oblig.* Verùm enim verò videntur hâc conve-
 nientiùs ità terminari posse: Renunciatio Exceptionis non-nu-
 meratae pecuniæ aut est interposita ipso confessionis tempore &
 sic in continenti, aut ex intervallo. Priori casu eam non ma-
 joris æstimo præjudicij quàm ipsam confessionem: Eadem enim
 debitoris facilitas, rei familiaris necessitas, vel quistandem ani-
 mi motus fuerit & hanc & illam extorsisse præsumitur. Imò solet
 durum

durum necessitatis telum Debitores eò sæpius adigere, ut ad renunciantum & quicquid promittendum tantò sint proniores, quantò majorem hoc ipso blandiendi Creditoribus & eliciendæ pecuniæ spem incauto animo præconciipiunt. Mantic. *de tacit. & amb. convent. vol. 2. lib. 18. tit. 3. n. 5.* Salyc. *in l. si ex cautione n. 16. & 17. C. de non num. pec.* Posteriori casu interesse puto, an renunciatio facta sit ante biennium transactum, an vero eo transacto: Illo casu id quidem virium habet ut creditoris jus reddat firmitus, & à probatione numerationis eum relevet: Debitorem tamen prorsus non excludit, itaque si numerationem factam non esse probare se posse confidat, audiendus erit: nec enim quisquam iudicum propitiis & æquis auribus audiet Creditorem, omninò urgentem ut reus condemnetur, etiamsi possit probare pecuniam numeratam nõ esse Bachov. *in comment. Inst. de lit. obl. n. 3.* Hoc casu renunciatio plenum sortitur effectum, & debitorem ab exceptionis oppositione, ejusque probatione excludit, *gl. in d. l. ex cautione C. d. r. Mantic. d. l. n. fin.* Nec enim amplius audiendus videtur is contra quem actor post jus decursu biennij ex legis assistentia firmatum, novam quasi confessionem ex renunciatione resultantem allegare potest.

CONCLUSIO VII.

DE RENUNC. SENATVSCONSVLTI VELLEIANI.

IN determinanda quæstione de renunciatione S^Cti Vellejani admodum variant Interpp. Alij prorsus negant ei renunciari posse: Cùm enim sexus muliebris fragilitas *l. 2. §. 2. & 3. ff. ad S^Ctum Vellej. dotis ac rei familiaris favor. l. un §. 15. circ. fin. C. de rei ux. act. l. 1. §. 1. ff. ad S^C. Vellej. l. 4. §. 1. in fin. ff. Eod. arg. §. 1. in fin. l. quib. alien. lic. vel nõn. nec non matronalis stolæ verecundia d. l. 1. §. 1. l. 2. ff. de reg. jur. l. 12. §. pen. ff. de judic. ei causam præbuerint, indecorum esse putant tam rationabili patrù consulto repudiũ mittere. Vid. Berlich. *part. 2. conclus. 19. n. 14. usq. ad n. 23.* ubi plures allegat quos huc transcribere operæ præmium non est. Alij extrajudicalem tantum renunciationem improbant, judiciali tribunalium & iudicio.*

diciorum veneratione concessâ. Wefenb. *in parat. ff. h. t. n. 9.* Costal. *in l. 11. ff. ad SCm. Maced.* Idem *in l. fin. ff. ad SC. Vellejan.* Zanger. *de Except. p. 3. cap. 9. n. 74.* Alij denique quamlibet, certioratione tamen, ut ajunt, suffultam, approbant & defendunt. Anton. Hering. *tr. de fidejussor. cap. 7. n. 473.* Philipp. Matth. *in l. 2. in pr. n. 22. & seqq. ff. de Reg. jur. Treutl. vol. 1. Diss. 25. th. 4. lit. F. & vol. 2. diss. 28. th. 2. lit. B.* In hoc opinionum conflictu, mediæ sententiæ patronos SCti nostri & juris Civilis dispositioni propiùs accedere arbitrator, hisce itaq; calculum addo, propter evidentes rationes, quas ne hic sim æquò prolixior ipsi conflictui reservo. Quamvis autem de jure scripto hac ita sese habeant, & decisio quam amplector SCto & legum rationi satis firmiter innitatur; ab ea tamen consuetudine & in praxi recessum esse testantur P. Paul. Busius *in l. fin. n. 4. ff. h. t.* Joh. Sichard. *in rubr. C. h. t. n. 14.* Geil. *2. obs. 77. n. 1. & 3.* Gœddæ. *de contrah. stipul. c. 7. concl. 16. n. 298.* Pruckm. *in l. in multis. part. 2. art. 15. n. 11. 12. ff. de stat. hom. ubi Alex. Fulgos. Jason. Angel. & alios in hanc rem allegant.* Qui unanimiter tradunt mulierem non modo in judicio, sed & extra illud huic suo beneficio efficaciter renunciare posse, modò intercessio, cui renunciatio accessit, secundum formam *l. 23. §. 2. C. h. t.* facta sit Sichard. *d. l. n. 14.* ipsaque mulier de hoc suo auxilio & juvamine sufficienter admonita fuerit, & ut loquuntur, certiorata. Etsi enim Leges nulli reperiantur solennis certiorationis necessitatem actui huic imponere, arbitrantur tamen ipsam renunciationis naturam, & sexus rerum forensium expertis conditionem eam satis firmare. Vid. Ddres sup. alleg. In his quamvis forsan non pauca desiderari possint, usus tamen & consuetudo ad quam præcit. Dd. provocant ab altiori indagine nos arcet: Tantùm quippè valent Leges quantum usu & consuetudine, & in conflictu legis & usus, hic prævalet, ipsaque consuetudo optima legum interpret dicitur. Paul. Bus. *d. l. n. 4. & 5.* Atque hinc ex hujus opinionis præsupposito rectè à Ddribus traditur, partium Notarij esse, ut mulierem sui beneficij admoneat, non perfunctoriè, ut fit plerunque, sed quantum ad id comprehendendum necesse est: qui si in Instrumento se id fecisse asserat, postea autem rogatus ignoret beneficij contenta, renunciatio pro nulla atq; invalida habebitur, reli-

C quis

quis instrumenti partibus & articulis in suo robore manentibus: Bachov. *ad Treutl. vol. 2. Disp. 28. th. 2. lit. B.* Quod etsi improbet Geill. *d. obs. 77. n. 7. ib.* instrumentum nullius erit momenti, &c. creditori tamen concedit regressum contra Notarium ad arguendam ejus imperitiam & in officio socordiam, in quam utinam crebrius & rigorosius inquireretur: videmus quantum id necessitas exigat. Instrumenta, quæ debebant litium esse antidota, earum ut plurimum sunt semina. Sæpius iis longâ serie infarciuntur renunciaciones beneficiorum, quæ non modo partibus incognita, sed & ab ipso negotio profus aliena deprehenduntur: Ita cuicumque ferè mulieris contractui, etiam quo proprium negotium gerit Vellejani renunciatio in crustatur. Impertinenter sanè & imperitè *l. frustra. 2. C. ad SC. Vellej. l. 2. §. 1. l. 29. ff. Eod. l. 6. l. 10. l. 13. C. d. t. l. 4. l. 11. l. 17. l. 24. l. 27. ff. Eod.* Atque ea inter alia anam præbuerunt Henrico Magno Galliarum Regi, ut Anno 1607. publico Edicto Senatus Consulti vim enervaret, atque Notariis interdiceret clausulam renunciatoriam in posterum instrumentis inferere. Baptiste le Grain *de la vie & gestes de Henri le Grand. liv. 8. p. 835.*

CONCLUSIO VIII.
DE RENUNC. INSINUATIONIS
DONAT.

Cautum fuit olim Lege Cincia Rosin. *de Antiquit. rer. Roman. lib. 8. c. 12.* Cujac. *6. obs. 18.* malè reprehensus à Bachov. *ad §. alia autem. l. de donat.* ne quis donaret ultra ducentos solidos. Lege verò Constantini Imp. ne quis donationem cujuscunq; quantitatis vel summæ ratam judicaret, si actis non inferra deprehenderetur *l. 1. C. Theodos. de Sponsal. l. donatio. 25. C. de donat.* Lex Cincia odio excessivæ liberalitatis modum imposuit donationibus, insinuationis incuriosa; Lex vero Constantini Insinuationis solennitatem invexit, modo vel quantitate posthabitâ: Illa coarctavit licentiam donandi; hæc licentiam omittendæ insinuationis. Utriusque Legis occasione Justinianus Imper. novam tulit constitutionem in *l. Sancimus. 34. l. 36. §. fin. C. de donat.* ubi limitatam
L. Cinc

L. Cincia summam ad trecentos *d. l. 34.* postea ad quingentos *d. l. 36. in fin.* solidos extendit, & insinuandi necessitatem ex L. Constantini generalem, ad summam demum præactâ majorem restrinxit; ita ut donatio definitam quingentorum solidorum summam excedens ratione excessus non aliter, quam in acta relata & monumentis publicis consignata subsistat. *d. l. 34. d. l. 36. §. fin. C. de donat. §. alia. Inst. Eod.* Atque ita hæc suâ sanctione, Justinianus non solum privatorum liberalitati indulgere, sed etiam mediante insinuatione à liberalitatis actu prodigalitem, dolum, fraudes, sordidasve concussiones excludere voluit: Judicis enim assensus & authoritas, ipsaque actorum publicorum monumenta sinistram de re gesta suspicionem haud facillè admittunt. *l. 27. C. de donat. l. 2. ib. quod non arbitramur. C. de offic. Civil. jud. cap. sicut nobis. in fin. x. de sent. & re jud. c. in presentia x. de renunciat.* Nec tamen propterea insinuationis necessitas tam præcisa & absoluta æstimanda est, ut non quandoque ejus omissio toleretur, fidem ea de re faciunt *l. 34. in pr. vers. Exceptis. l. 36. C. de donat. Novell. 52. cap. 2. Novell. 119. cap. 1. & similes.* Et tamen frustra sunt, atque in cassum laborant qui horum textuum occasione eam privatorum tribuunt arbitrio, ac si ipsis integrum esset insinuationi pactis & conventionibus renunciare. Cùm enim Imperator *in d. l. 34. l. 36. §. fin. C. de donat.* donationem insinuatione destitutam ratione excessus nullam pronunciet, & certas tantum largitiones ab insinuationis solemnitate liberet *§. alia autem. ib. quadam donationes. l. de d. r.* facile est colligere, quam exiguæ sint hisce in terminis privati pacti & renunciationis, utpote cui lex non modò non assistit, sed & clarè satis contradicit, vires & efficacia. Johan. Sichard. *ad l. 34. §. si quis. n. 5. C. de donat. Sneider. ad §. alia. n. 14. & 15. Althus. Dicaolog. lib. 1. cap. 32. n. 11.* An autem juramentum suppleat insinuationis defectum quæri solet. De jure Civili id nego *arg. l. 5. C. dell. l. 7. §. 16. ff. de pact. l. 112. §. 4. ff. de legat. 1.* Authoritate Canonum affirmo. Sichard. *in d. l. 34. §. si quis. n. 6.* Hi enim animarum periculis obviam ire volentes, *cap. licet 2. de jurejur. in 6.* ferè semper pro juramento pronunciant, ejusque religione & sanctimoniâ actus jure Civili prohibitos confirmant. Sic alienationem dotis *cap. cum contingat. 28. x. de jurejur.* transactionem super controversiis

his testamenti sine hujus inspectione Busius in l. 6. n. 6. ff. d. trans-
act. donationem inter conjuges Geil. 2. obs. 40. n. 4. & hæreditatis
futuræ renunciatiõnem cap. quamvis de pact. in 6. contra juris Ci-
vilis placita firmarunt. Et frustra hæc atque ejus generis decreta
ideò trahuntur in controversiam, quod jure Civili prohibita non
possint juramento firmari d. l. 5. in f. C. de ll. cùm hoc sequatur na-
turam actus super quo interponitur l. fin. C. de non num. pecun. l. 11.
§. item si juravero 2. & ib. Dd. ff. de jurejur. Etsi enim ex eodem jure
ex quo prohibitio resultat confirmationem actus mutuari non
facile posse concedam, inde tamen non nisi perperam infertur
eam ex alio atque diverso jure, quale hîc est Canonicum, haberi
non posse. Cùm tralatitium sit, etiam ea quæ ab initio vitiosa
sunt, posse ex post facto convalescere, si habilis alia causa confir-
mans superveniat.

CONCLUSIO IX.

DE RENUNC. l. si unquam. 8. C.
de revoc. donat.

INterminis l. si unquam. 8. C. de revocand. donat. donatori datur
facultas revocandi donationem ob supervenientiam, ut lo-
quuntur, liberorum Inde disceptatum inter Dd. An donator isti
juri & faculti renunciare possit? Sanè ex illorum sententia, qui
decisionem d. l. 8. ad donationem patroni liberto factam præcisè
restringunt, nec extensionem extra istos terminos admittunt, quæ-
stio hæc nimis generalis est, & hæctenus etiam frustranea, quod
priùs quærat de renunciandi facultate, antequàm de juris com-
petentia constet. Ut igitur terminos habeamus habiles, enodan-
dum est hoc præjudiciale dubium, num videl. beneficio d. l. 8. qui-
libet donator, qui factâ donatione liberos suscepit, gaudeat? Plu-
rimi inter quos etiam acutissimus Bachov. ad Tr. vol. 2. Disp. 20. th.
7. lit. E. Ant. Fab. 7. conject. 14. Donell. ad d. l. 8. C. de revoc. donat.
id negant; moti potissimum, tum formalibus d. l. verbis, tum spe-
ciali quadam ratione, quam in liberto considerant, uti prolixius
videre est locis citatis. Enim verò etsi in aptico sit, d. l. simpliciter
de patrono & liberto conceptam esse; tamen non dubito, ejus
dispo-

dispositionem propter æquitatem *arg. l. 202. ff. de condit. & demon-*
strat. l. 6. C. de Instit. & substit. & rationis vel identitatem vel simili-
tudinem arg. l. non possunt. 12. ff. de legib. etiam ad extraneum quem-
vis donatorem referri & extendi posse: Ità, ut quivis donator su-
sceptis præter opinionem & natis ex post facto liberis, donatio-
nem vel omnium bonorum vel partis, ejus scil. quæ argumento
esse possit, ipsum tempore donationis de liberis verisimiliter non
cogitasse, revocare possit. Et hæc opinio habet constantem præ-
*xeos & judicialis observantiæ cõsonantiam teste Jul. Claro *quæst.**

22. Tiraq. *in d. l. 8. verb. libertis. n. 74. Myns. cent. 5. obs. 63. & 64.*
 Hisce ita præsuppositis rectè generaliter quæritur: Num donato-
 ri dictæ legi *si unquam 8. C. de revoc. donat.* renunciare fas sit? Di-
 versimodè in hoc articulo loquuntur Ddres, ut palàm est ex col-
 latione Geilij *1. obs. 40. n. 13. Myns. cent. 5. obs. 63. n. 14. Curtij Sen-*
consil. 1. per tot. Cujac. 20. obs. 5. Forsteri disp. 10. quæst. 20. Clari d.
quæst. 22. n. 4. Treutl. vol. 2. Disp. 19. th. 6. lit. E. & aliorum. Quorum
 alij simplicem renunciationem tantùm improbant; alij ne juratæ
 quidem deferunt; alij in donatoris non liberorum præjudicium
 eam admittunt; alij prorsus hærent & ad Cæsaream decisionem
 provocant: Sed missis istis Ddrem dissidiis simpliciter statuo:
 Donatorem dictæ *l. si unquam, & c.* validè renunciare posse, vid.
 Bachov. *in. not. ad Treutl. vol. 2. Disp. 19. th. 7. lit. E. verb. renunciari.*
 Frantz. *Exercit. 5. quæst. 10.* ubi per aliquot rationes, quas ibi vide-
 re est, concludunt hanc sententiam, suppositâ cum *Dd. d. l. 8.* ex-
 tensione, verissimam esse. Nec eam evertit liberorum præjudi-
 cium quod ex adverso urgetur: Nam donator vel reservavit sibi
 tantùm bonorum unde liberis legitima præstari possit, & frustra
 queruntur de præjudicio, cum ultra hanc pater ipsis obligatus
 non sit *l. 8. C. de inoff. testam. l. ex parte 39. §. 1. & ibi Dd. ff. famil. er-*
cisc. Vel tantum sibi non reservavit, & integrum est liberis legiti-
 mam ceu naturæ *l. 36. §. illud. 2. C. de inoff. testam. & legis Nov. 1. in*
pres. vers. primum. debitum sibi asserere, institutâ contra donata-
 rium inofficiosa donationis querelâ, hanc enim, ubi in præjudi-
 cium aliorum donatoris substantia profusâ largitione exhausta
 proponitur jura suppeditant *l. 1. 5. & 7. ibiq. Dd. C. de inoffic. donat.*
 Wesenb. *ad Eund. tit. n. 1. & seqq. alijque.*

CONCLUSIO X.
DE RENUNCIAT. CESSIONIS BONORVM
EX LEGE IVLIA.

Olim inhumanissimè tractabantur Debitores, quorum bona ari alieno non erant sufficientia: Quippe creditoribus jus erat debitorem intra præstitutas triginta dierum inducias iudicatum non solventem in privatum carcerem detrudere, nervo vel compedibus ad quindecim pondo usque vincire, & in tali squalore sexaginta diebus (interim farris libra in diurnum victum ipsi cedebat) detinere, donec ejus æstimatione tribus nundinis continuis publicè factâ ipsum in partes (singulis pro rata crediti assignandas) disseccarent, vel pro arbitrio trans Tiberim venundarent. Idque auctoritate & permisso Legis XII. tab. uti prolixius videre est ex tab. tertia sub rubr. de reb. cred. quæ hisce verbis clauditur? Tertiis nundinis (debitorem) in parteis secanto; si plus minusve secuerint sine fraude esto, si volent trans Tiberim peregrè venundant. *conf. Fragm. XII. tabb. sub tit. 20. n. 28. & ibi Gothofr.* Ab hac crudelitate & inhumano processu insequentibus temporibus recessum, sed non omninò; fuisse enim nihilominus carceris squalore & catenarum verberumque acerbitate debitores vexatos, liberos eorum pignore captos, servilibus ministeriis & aliis vexationibus gravatos, tam Historici quàm Jureconsulti abundè testantur. Tandem autem mitior ætas & humaniores Legislatores istam duritiem & inhumanitatem perosi, ac acerbam debitorum sortem miserati, præactis exagitationum modis pœnalibus Edictis obicem posuere, & debitores firmo contra creditores insolentes muniere præsidio, videlicet BONORUM CESSIONE quâ id agitur, ut debitor sponte sua bona dimittat & creditoribus occupanda concedat Wesenb. *ad tit. ff. de cess. bon. n. 1.* ad eum finem & effectum, ut vinculorum, servitutis, carceris & quascunque alias injurias tutus subterfugiat *l. 4. §. 1. ff. l. 1. l. 4. l. 7. C. de cession. bonor.* Et licet cessio hæc dicatur miserabile & flebile beneficium *d. l. 7. l. 8. C. d. tit.* & non fiat sine quadam famæ & boni nominis sugillatione ac nota *Nov. 135.* Nemo tamen, ponderato ejus fine & effectu non advertit, quanto commodo, quantoque

toque lucro ea debitoribus cedat. Cujus intuitu quis forsàn quaestio-
 nem de renunciatione supervacua putaverit, quasi vix praesumi
 possit, debitorem tam fore prodigum suae salutis ac libertatis,
 ut spreto hoc salubri beneficio, carcerum languori & compedi-
 bus se submittere malit! verùm quid non extorquet insatiabi-
 lis foeneratorum avaritia? quid non promittit debitor angustiis
 rei familiaris constrictus? Et ergò quantum ad beneficij hujus re-
 nunciationem simpliciter statuo debitorem eam in sui praesudici-
 um efficaciter interponere non posse. Idque potissimum hac
 ratione: quod ipsi permittendum non sit, ut conventionem & pa-
 cto corpus suam in eas conjiciat angustias, ut marcescendum ha-
 beat in perpetuis carceribus *arg. l. liber homo. 13. ff. ad L. Aquil. l. non
 tantum. 6. ff. de Appellat.* Est enim carcer quasi species quaedam (ut
 loquuntur) servitutis *arg. l. 2. ff. de lib. hom. exhib. est locus squali-
 dus l. si quis 2. C. de custod. reor. est mala mansio l. si hominem 7. in pr.
 ff. de posit. noxiis & sceleratis hominibus, non privatorum arbi-
 trio, l. 2. in pr. C. de Exhibend. reis. sed jussu superiorum l. 2. ff. de in-
 jus vocand. praestituta l. 2. C. de Exact. tribut.* Ast qui cessione renun-
 ciat, is utique hoc agit; eò enim tendit renunciatio, ut debitor
 nullà ratione carcerem evitet, ut antiquae vel antiquatae potiùs
 observantiae & exosae legibus severitati se iterùm submittat, &
 ita dispositionem Legis Juliae, quantum in ipso est eludat, contra
*l. 7. §. si generaliter 16. ff. de pact. l. 5. C. de Legib. l. quod bonis 15. §. 1. ff.
 ad L. Falcid.* Et hanc opinionem voto suo comprobavit summum
 Imperij tribunal teste Geil. *de Pace publ. lib. 2. cap. 2. n. 23. Rulant.
 de commissar. part. 4. de Interrogat. lib. 9. cap. ult. n. 9.* Et cerebriores
 eam tuentur interpretes, ut fatetur ipse dissentiens Hillig. in Do-
 nell. *Enucl. lib. 27. c. 9. lit. z. in not. &c.*

CONCLUSIO XI.

DE RENUNCIATIONE BENEF.
 COMPETENTIAE.

Qui relatos in Conclusionem praecedenti duos & in humanos
 processus contra debitores, vel etiam ipsam flebilem bono-
 rum cessionem penitiùs introspeâerit, ei non potest non constare,
 re, quan-

re, quanta beneficij competentia, quo debitor non nisi in id quod facere potest condemnatur, sit utilitas & humanitas. Etenim qui bonis cedunt, etsi carceris & alias creditorum injurias effugiant *l. 1. ibique Dd. C. qui bon. ced. poss. attamen in solidum l. 4. ubi Azon. 5. C. Eod. & ad ultimum usque quadrantem Wesenb. ad tit. ff. Eod. n. 4. excuti possunt Jas. in §. ult. Inst. de Action. & insuper quandam nominis & famæ lugillationem ac notam incurrunt, argum. Nov. 135. Bachov. in §. item 37. n. 3. Inst. de Action. tantum autem abest, ut beneficio competentia munitis tale quid subvendum, ut ne quidem bonis cedere necesse habeant, sed & Excussio sine boni nominis præjudicio & ita instituenda est, ut ipsis tantum alimentorum loco relinquatur, unde competenter vivere possint. *l. 28. l. 73. ff. de Reg. Jur. l. cum ex causa. 30. ff. de re Judic. Hoc autem competentia beneficio inter cæteros gaudent; parentes utriusque sexus §. sed etsi. 38. l. de action. patronus & patrona l. 7. pr. ff. de obseq. par. & patr. prestand. fratres & sorores arg. l. 63. ff. pro socio d. l. 30. ff. d. re jud. donator ex sua liberalitate conventus l. 28. ff. de Reg. jur. l. qui ex donatione 12. ff. de donat. socius in judicio societatis d. §. 38. Inst. de action. l. 16. l. 22. §. 1. ff. de re judic. Socer l. 15. §. fin. ff. solut. matrim. l. 21. ff. de re jud. Uxor l. 20. ff. d. t. maritus l. 14. ff. solut. matrim. is qui semel bonis cessit §. fin. l. de action. Clericus Geil. 1. obs. 117. n. fin. Miles l. 6. in pr. l. 18. ff. de re judic. An etiam Professores & Doctores? Id æquum certè vid. Hillig. in not. ad Donell. lib. 27. cap. 9. lit. n. vers. que sententia. Sed lege deficimur. Sane Hyppol. Riminald. in conf. 188. n. 22. & seqq. lib. 2. negat hoc beneficium Iuris peritis competere, ex eo quod hi non possint egere, cum Legalis scientia quam profitentur thesaurus appelletur in proæm. ff. vers. thesauros, &c. & aliàs Lex neminem sinat in paupertate vivere, nec cum anxietate mori. Nov. 1. in Epil. quàm jejuna autem sint hæ rationes quamque indigna tanto Jcto res ipsa loquitur vid. Joh. Petr. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. gl. 3. part. 11. n. 45. & seqq. An autem quod caput instituti nostri est prædictæ personæ huic beneficio renunciare possunt? Interesse puto: An competat propter reverentiam, ut est in marito, socero, parentibus, patrono, &c. an verò ex contractu aliave ratione, ut est in milite, socio, donatore, &c. Ità ut illo casu renunciatio
inva-**

740.
invalida sit *l. alia causa 14. §. 1. ff. solut. matr. arg. l. fin. ib. reverentia.*
C. de bon. libert. Nov. 78. cap. 2. hoc non item Mari. Giurba (lauda-
tus à Fontanella *loc. supr. d. n. 58.*) *decis. Sicil. 24. n. 9. & in comment. ad*
consuet. Senat. Messanon. cap. 13. gloss. 6. part. 1. n. 40. & 41. Sed quid de
Clerico? Crediderim ipsum non magis huic beneficio, quàm cæ-
teris quæ jure Canonum ad totius Cleri dignitatem pertinere di-
cuntur, renunciare posse *arg. cap. si diligenti. x. de for. compet. maxi-*
mè cùm in totius Cleri opprobrium cedat ut Clericus ad mendi-
citatem redigatur Hillig. ad Donell. lib. 27. cap. 9. lit. z. in not.

CONCLUSIO XII.

DE RENUNCIAT. BENEFICIORVM
FIDEIUSSORIORVM.

CONstat tria potissimum beneficia Jure Justinianæo prodita
Cesse fidejussorum favore: Excussionis scil. Divisionis, & Ce-
dendarum actionum. I L L O agitur, ut prius principalis debi-
tor excutiatur, quàm à fidejussore debitum postuletur *Nov. 4. cap.*
1. & inde desumpta auth. presente. C. de Fidejuss. I S T O ut actio à
Creditore in solidum contra fidejussorem directa, inter confide-
jussores solvendo existentes pro rata dividatur §. *si plures ibique*
Dd. Inst. de fidejuss. l. 26. ff. & l. 10. §. 1. C. Eod. H O C ut fidejussori
solidum solvendi cedantur à Creditore actiones, quibus à confi-
dejussoribus competentem portionem repetere possit. Ex quibus
plusquàm clarâ luce radiat æquitas cui beneficia ista innituntur,
omnia enim & singula fidejussoris indemnitate ejusque in one-
roso fidejussionis officio levamen respiciunt, idque tantò justius,
quantò rationi & æquitati est convenientiùs ut succurratur ei
qui juvandi amici causa se implicuit negotio, ex quo non modò
nihil sentit utilitatis, sed & quàm sæpè propriij patrimonij jactu-
ram. Atque inde patet improbandum esse quod *Geil. 2. obs. 27. n.*
27. & alij cum ipso ajunt, beneficium Excussionis esse de apicibus
& rigore juris, atque aliquo modo iniquum. Cæterùm ut de re-
nunciatione, qui est Scopus instituti nostri sigillatim agamus, te-
nendū: Quod excussionis beneficio efficaciter renunciari possit,
fitmante hoc textu in *Novell. 136. c. 1. cujus quidem decisio de Ar-*
D genta.

gentariis tantum concepta est, sed ratio eui innititur satis arguit eam ad alios etiam imò quoscumque fidejussores pertinere. Tametsi illud de fidejussore indemnitate, vulgò Schadlosbürgen / dictum nolim; is enim, quæ talis, Excussionis beneficio non renunciat Caroc. de Excuss. bonor. part. 2. quæst. 16. n. 2. Valent. Franc. de fidejuss. c. 5. n. 170. An verò is qui se obligavit ut principalem, als ein selbstschuldiger censebitur hoc ipso huic beneficio renunciasse? Id asserit Anton. Hering. tr. de fidejussor. cap. 27. part. 1. n. 100. & 101. & omnes qui cum ipso talem fidejussorem Ordinis remedio privant, quorum ex numero est Geil. 2. obs. 28. n. 6. Hartm. tit. 30. obs. 1. n. 15. aliique innumerabiles. Verum cum renunciaciones non facillè sint per subauditos intellectus & conjecturas inducendæ, & maxima pars Ddrum huic fidejussori beneficium Excussionis tribuant, veluti id de facultate Juridica Rostochiensis, Marpurgensi, Lipfensi & Wittebergensi testatur Ernestus Cothman. vol. 1. conf. 22. n. 6. & seqq. Idè ex istiusmodi fidejubendi formula renunciacionem ullam sequi nego: uti nec ex ea, quæ jurat se servaturum omnia instrumenti renunciatorij contenta, quamvis contradicat Treutl. vol. 2. Disp. 28. th. 5. lit. D. Moller. lib. 1. semestr. cap. 16. & alij. Cæterum divisionis beneficio ex Epist. D. Hadriani introducto renunciari posse tam est certum, ut si fidejussor neglexerit eo debito modo & tempore uti, legis autoritate etiam tacitè renunciassè censeatur per §. si plures, in verb. sibi impurare debet, ibique Dd. Iust. de fidejussor. Beneficio etiam cedendarum actionum expressè renunciari posse uno ore fatentur interpretes, quos ne hic profusis allegationibus chartas impleam, vide apud Anton. Hering. d. tract. de fidejuss. cap. 27. part. 3. n. 20. sed si fidejussor neque ante neque in ipsa solutione actiones sibi cedi petat, an cedendarum petitioni renunciassè censebitur? Id fortè dicendum; videtur enim talis fidejussor non cessis & translatis contra confidejussorem, sed propriis actionibus contra Reum principalem, adversus quem ipsi actio vel mandati §. si quid. 6. l. de fidej. l. 10. §. 11. ff. mand. l. 6. C. Eod. vel negotiorum gestorum l. ult. C. de negot. gest. l. 6. §. 2. l. si pro ff. mand. competit, suo periculo experiri velle. Veruntamen cum hoc admodum durum, & casu quo principalis non solvendo, vel non-conveniando existet

steret

steret cum jactura debiti bonâ fide exsoluti conjunctum sit, & aliâs donatio ubi alia conjectura haberi potest, præsumi non debeat *l. cum de indebito. §. qui solvit. ff. de condict. indebit.* Eapropter ex prædicto actu solutionis beneficij hujus renunciationem colligi debere negamus. Ergone post solutionem adhuc petere potest, ut actiones præstentur? Id de rigore juris negandum *per l. 76. ff. de solut. l. 11. C. de fidejuss.* ex quo potestatem creditoris excedere videtur, resuscitare actionem per solutionem penitus extinctam *pr. Inst. quib. mod. toll. oblig.* Quamvis certè æquitas aliud suadere videatur. Naturalis quippe æquitatis dictamini perquam conveniens est, ut creditor actionem & literaria, quæ habet, documenta, solventis promptitudinem recompensando præstet, ipsique confidejussores intuitu solutionis bonam fidem agnoscant, seque etiamnum pro virili teneri, conscientiam sic postulante, intelligant *arg. l. 2. in summa. §. 5. in fin. ff. de aqu. & aqu. plu. arcend.* Omnes enim humanorum negotiorum actiones, quoad fieri potest, charitatis & æquitatis oleo temperandæ sunt, monente gravissimo Jcto Joanne Oldendorp. *class. 3. act. 10. in pract. art. 3.* Quod si jus civile hanc æquitatem excludere putetur; utili negotiorum gestorum actioni fidejussori qui integrum solvit subveniendum *puto argum. tr. & l. 21. Nam & in pr. ff. de negot. gest.* Cum enim solutione suâ confidejssorem obligatione quoque liberaverit, alienum negotium ex parte gessisse dici potest *Giphan. ad l. 2. creditor. C. de duob. reis. in fin. quibus in terminis actioni negot. gestor. locum esse in aprico est. l. 43. cum pecuniam. l. 46. mandasti. ff. de negot. gest. & c.*

SOLI DEO GLORIA, LAUS & HONOR
IN AETERNUM.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


SOLI DIO GLORIA LAUS & HONOR
IN AETERNUM.



X 2615926

VD.17





B.I.G.

Farbkarte #13

JURIDICA
ALIS

25 728.
~~XXV~~

LVSIONES

1634, 2.

NCIA-
UM

o s auspiciis.

Cagnifici, Amplif-

is in Celeberrima

NTINENSIS

JURE insignibus ac
s ritè & solenniter

ponit

Löbbeke /

tph.

tij.

RATI,

WELPERI,

XXXIV.

